

de *Tæniâ* *, *Senegâ*, *Ligno colubrino*, *Genesi calculi*
et *OEconomia naturæ* **, quas dedi antequàm iter
Seanse suscepi.

Opto, ut uxor tua suavissima te beet digno filio,
quì premat paterna vestigia et perveniat ad apicem
eruditionis. Futuræ matri devotissima mea dicas
officia.

Pulchra erant, quæ scribis de *Electrisatione*;
adhùc nullus incipit hanc medicinam apud nos-
trates adhibere; sed ego quamprimùm instituam.

Præterità nocte, primâ vice post æstatem, per-
sentimus gelu; quod solet aliàs d. 8 et 16 Augusti,
st. veteri, prodire.

Vale et diù vivas felix ac sospes.

Dabam Upsaliæ, 1749, d. 22 Augusti.

Scripti manu festinanti, aliàs amisissem virum,
qui litteras portet.

* *Tænia*. Am. Acad., vol. II, 1748.

** *Radix Senega*. — *Lignum Colubrinum*. — *Genesis Calculi*. —
OEconomia Naturæ. (Am. Acad., Ups., vol. II, 1749.)